

Luxuriam sectantibus multa mala et incommoda accidunt. propter que luxuriosi vicium est ab hominibus omnibus preteritum christi familiaribus detestandum. de quibus quinque consideranda sunt. Primum est diuina indignatio cum seueritate. Nam causa diluuij videtur fuisse luxuria. quia omnis caro corruerat viam suam. Ideo dixit dominus ad noe. Delebo hominem quem formaui Genes. vi. Secundum est dyabolica habitatio cum potestate. Nam qui libidini vacant. habent super eos demonia potestatem Thobi. vi. Ob hanc causam perierunt demonia inhabitare peccatores. id est luxuriosos Mat. viij. Tercium est glorie celestis priuatio ex iniquitate nam super oculos ducentes non fuerunt digni cena domini quid erit de adulteris. fornicarijs et alijs generibus lasciuorum Lu. xiiij. Quartum est temporalis subfractio minoratio cum paupertate. Nam filius prodigus dis-

siuauerat substantiam luxuriose viuendo. et cum consumpsisset omnia ipse cepit egere. Luce. xv. Quintum est libidinis accensio sine saturitate. Nam luxuria non extinguit ardorem libidinis sed accendit. Ideo dicitur Cupiebat implere ventrem suum. id est concupiscentiam suam Luce. xv. Luxuriosi grauiter puniuntur a legibus et a deo. Ideo cum relatum esset iudeo phariseo et adulterio ceperat ait. ducite eam ut probetur Gene. xxxviij. Duo senes luxuriosi volentes susannam opprimere. a populo sunt grauiter lapidati Danie. xij. Grauius puniuntur qui luxuriant in sacro loco. nam tempore antiochi templum luxuria fuit plenum. quod summe deo displicuit et ideo eos grauius acerbitate puniunt. ij. Machabeoz. vi. Mulier in adulterio deprehensa mandabatur a moyse lapidari. Leui. xx.

De maledictione qua deus maledicit

**Maledicit
deus**

Laycis peccā-
ribus.
Clericis ma-
le operantibz.
Moram faci-
ens penitenti-
bus.

**Maledicat deus laycos
peccātes. In cuius
figura serpens qui e-
nam ad peccandū induxit le-
gitur a domino maledictus.
Genesis. iij. Sic deestatus
est deus peccatū vt nō solum
peccatores sed etiā alias cre-
aturas in eoz ope maledixit
Ideo dixit ad e. maledcā ter-
ra in ope tuo Gene. iij. Pec-
catū homicidij ⁊ effusionis
sanguinis innocentis sic de-
us abhorretor eis specialiter
maledicat. Sic maledixit ca-
yn ⁊ terram que suscepit san-
guinē fratris sui Genes. iij.
Ociosos in ope ⁊ verbosos
in lingua specialiter dñs ma-
ledixit. In cuius figura ma-
ledixit dominus ficulnee cuz
folijs sine fructu Math. xxi.**

**Terribilis erit illa maledictō
in die iudicij cum dñs diceret
Discedite a me maledicti in
ignem eternum Math. xxv**

**Maledicit deus clericis
⁊ sacerdotibz male operanti-
bus ⁊ eorum maledictio pe-
ior est maledictionibz secula-
rium. Ideo lamentans iheru-
salias dicebat. Repleunt dñs
altare suum maledixit sancti-
ficationi sue Tenoz. ij. Sa-
cerdotibz malis loquens do-
minus p malachiam ppxtā
aut Maledicam benedictōni-
bus vestris Malachie. ij. ca.
Maledictiōem tardat deus
tanq̄ misericors semp expe-
rans reconciliatōem vel cō-
uersionem peccatoris. benedi-
ctionem autem festine ⁊ libe-
raliter donat. Ideo de male-
dictōe dixit daniel ostendēs
tarditatem. Inillauit sup nos
maledictio Danielis. ij. ca.
Qd aut largus sit ad benedi-
cendū ostendit sapiens in ec-
clesiastico dicens. Benedic-
tio illius quasi fluuius uiuifi-
cavit Eccli. xxxix.**